



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CVII. Henning von Garthow überläßt der Elendengilde in Salzwedel seine  
lehnsherrlichen Rechte über Hebungen aus Benkendorf, am 20. März  
1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

Gylde panniscidarum in Saltwedel plane cum omni Jure debemus bona fide in bono conseruare et sine omni impetitione plenarie, tamquam hereditaria nostra bona, quousque fratres dicte gylde proprietatem dictorum bonorum fuerint consecuti. De hinc quando fratres prefate gylde nos fratres predictos de Breskeke uel nostros heredes legitimos requisiti habuerint, prefatis bonis omnimode renuntiare debemus, omni contradictione subtermota. Nam nichil in eisdem bonis penitus iuris habemus, nisi tantum, quod ipsa bona debemus preplacitare et in bono conseruare, prout supra continetur. In premissorum omnium euidentiam clariorem presentem dedimus literam nostris appendentibus sigillis caucius consignatam. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., In dominica Inuocauit.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Saltwedel, Fach 14, No. 12.

**CVII. Henning von Garthow überläßt der Elendengilde in Saltwedel seine Lehnsherrlichen Rechte über Hebungen aus Benkendorf, am 20. März 1336.**

In nomine domini Amen. Ego Henninghus, famulus, de Gartowe dictus, filius Iohannis quondam militis dicti de Gartowe felicitis recordacionis, presentibus recognosco, quod in presencia mea constituti Thydericus, Iohannes, Hynricus, fratres, filii Ghodekyni Godschalci, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, matura ipforum deliberacione prehabita et vnanimi voluntate ac pleno consensu omnium eorum super hoc requirendorum dimiserunt et resignauerunt discretis uiris Henneken Brunefwick, Iohannes Zelzyng, Thyderico Brewyzt, Iohanni Clot, illius anni tutoribus congregacionis dicte Elendengilde, atque Vefoni Lydderus, Stephano Thuritzen, Henneken Went, Helmerico de Stulpen, Philippo pistori, Tyloni de Vrsleue, ciuibus in Soltwedel, ad manus predictae congregacionis in curia Gherardi de Lyften, sita in villa Bennekendorp, XXX modios filiginis et duos pullos annis singulis percipiendos, cum omni iure supremo et infimo, aduocacia, cum omnibus attinenciis, cuiuscunque condicionis fuerint, etiam cum iure infra sepes ipsius curie, Quam quidem curiam seu redditus predicti filii Godekyni Godschalci a me hactenus iusto pheodo habuerunt. Insuper ego Henninghus predictus famulus profiteor manifeste, quod dictis tutoribus dicte congregacionis et eorum lociis pronotatis dimisi ac presentibus dimitto ius pheodale super dictos redditus et curiam ad vsum sepe dicte congregacionis perpetue possidendum, nihil penitus reseruans et meis heredibus ueris in iam dicto iure pheodali. Ipsi etiam uolo et debeo huiusmodi iuris pheodalis, prout iure est cautum, plenam uarandiam ministrare, Ita si aliquis in posterum predictum ius pheodale impecierit quoquo modo, hoc simpliciter ego Henninghus, prenotatus famulus, meis laboribus pariter et expensis propriis debebo disbrigare, quod promitto per presentes. In cuius rei luens testimonium sigillum mei patris supradicti, quo frequencius vtor, tanquam proprio, presentibus est appensum. Anno domini M. CCC. XXXVI., Feria quarta septimane dominice passionis.

Nach dem Original im Salz. Archive XII, 21.